UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Codicillis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

fuit mortuus a familia, ⁊ debet ante aditam hereditatem haberi queſtio de ea, vt l. contraria. Si ab alio, tunc ſtatim poteſt adire, ⁊ poſtea vindicari, ſi fuit mortuus clam. ſi vero palam, ⁊ primo debet vindicari, vt l. propter veneni. ⁊ §. occiſorum. ff. ad Sylla. Et iſta eſt vera opin. Azo tamen non diſtinguit clam, vel palam, qñ ab extraneo quis dicebatur occiſus, immo dicebat quod poterat ante adiri. ⁊ poſtea vindicare, que opi. eſt contra caſum l. minoribus, in fi. §. eo. Alij vero dicunt, quod qñ a familia fuit occiſus, debet primo haberi queſtio de familia, quã hereditas adeatur, licet accuſatio poſſit deferri, ſed certe accuſatio nõ differtur, vt l. neceſſario. §. i. ff. eo. Tene ergo diſtinctionẽ gl. Ultimo quero, quid prouidet ſenatuſconſultum Syllanianũ. Dic vt in gl. que recitat tex. in l. j. ff. eo. ad Syllanianum.

LEX X.

2 Si heres inſtitutus poſt mortem defuncti concubuit cum eius vxore, aufertur ab eo hereditas tanquam ab indigno.

a 1 Sororem. a Nõ imputatur heredi, qui non accuſauit, ſi ab alio fuit preuẽtus. h. d. Op. ff. ad Tertul. l. ij. §. ſi mater. ⁊ §. confeſtim. de iure fiſci. l. edicto. §. cum ante. Solut. Intellige hoc, quando vxor non fuit in mora accuſandi, ſed fuit preuenta. Per hoc habes defen-
1 ſionem pro ſyndico † comitatus, qui tenetur denunciare maleficia, nam ſi a principali offenſo, vel ab alio fuerit preuentus, qui accuſauit, non imputetur ſibi, ſi non accuſauit. Hic habes text.
2 Ultimo hic habes † vnam gloſ. ⁊ no. ⁊ ſepe venit de facto. Tenet
b hic gloſ.[b] quod ſi inſtitutus heres, poſt mortem defuncti concu-
c buit[c] cũ vxore defuncti, aufert hereditas ab eo, tãꝙ ab indigno. Uide gl. de hoc videbitis j. de fideicom. l. fideicommiſſum.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sororem. An autem iſta lex ⁊ ſimiles habeant locum in voluntate tacita, vide Arct. conſ. clv.
b POMA. ¶ Tenet hic gl. Hanc gl. approbat in l. fi. ff. eod.
c ¶ Concubuit cum vxore. Adde quod Pau. de Caſtr. dicit, quod gloſ. optime facit, quod ſi vidua committat ſtuprum, durante viduitate, debet perdere dotem, quia dicitur eſſe in priori matrimonio, vt colligitur j. de bo. ma. l. fi. ibi dum dicit, in priori matrimonio, quod dictum Alexan. non placet hic per eum. tamen ipſe Paulus licet hic non dicat ita conſuluit conſ. cxxj.

LEX XI.

1 Dilatio legalis, nemini debet eſſe damnoſa.

a Cum Sillanianum. a † Dilatio le-
1 galis, nemini debet eſſe dãnoſa. h. d. ¶ Nota primo, quod dixi i ſummario. Facit quod habuiſtis in l. fi. §. donec. ſ. de iur. delib. ⁊ l. ij. §. legatis. ff. de iud. ¶ Scd̃o nota caſum, in quo ſibi ſeruꝰ acqrit. ¶ Quarto nota caſum, in quo ſeruus habet heredem, nam iſta ſunt ſpecialia in hac conſtitutione. ¶ Ultimo glo. fi. ſignat vnum contrarium, ⁊ non ſoluit, quem vide ibi furtim. §. ⁊ ſi non tota. Sʒ hic in ſtatutis ciuilis ſapientie, ibi in delictis, in quibus ſufficit, ſi voluntas deducat ad aliquem actum, licet non pficiat, ⁊c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Cum Sylanianum. Circa regulã hic poſitam quod non dicitur aliquid perfectum, donec aliquid ſupereſt ad agendum, vide multa que cumulat Felyn. in c. cam te. extra de reſcrip. Faciunt ea que habes in l. contractus. ad Barto. C. de fide inſtrumentorum.

LEX XII.

1 Qui ſtant in eodem loco, in quo poſſit clamor exaudiri, dicitur ſub eodem tecto.
2 Impuberes ceduntur ferula, ad inquirẽdum, non ad puniendũ.

1 Talis. Sub † eodem tecto dicuntur, qui ſtant in eo loco, in quo poſſunt clamorem domini exaudire. h. d. ¶ Oppon. de l. j. §. impubes. ff. ad Syllanis. Sol. Hic loquitur de ſeruis maioribus, ibi
2 de minoribus, ⁊ impuberibus, qui † impuberes ſolent ferula cedi, ad inquirendum, non ad puniendum. vide gl. tuã, quam nota.
3 † Nota quod licet impuberes nõ ſint idonei teſtes in maleficijs, vt l. in teſtimonium. ff. de teſti. hoc eſt verũ ad plenã pbationẽ, ſʒ ad indiciũ bñ poſſunt examinari. Et ſic nota quod dictuʒ ipuberis eſt ſufficiẽs indiciũ. ¶ Nota qđ eſt dictũ ſub eodẽ tecto, facit q. q. dicatur vicini, ⁊ illi dicunt vicini, quoſuſqʒ vox põt audiri. De hoc ſcripſi pene i l. ſi tertius. de aqua plu. arcẽ, ⁊ ibi ſcripſi, ⁊ eſt tractatus valde lõgus, quia iſta dictio, vicini, accipitur diuerſimode. quia aliter accipiuntur vicini in ciuitate, aliter in rure. Item aliter vna ciuitas eſt vicina alteri, ⁊c. ¶ Item facit ad queſtionẽ
4 † de campana, quod ſi ſtatutum dicat, quod poſt primam pulſationem campane, pene duplicentur, quid ſi maleficium committitur in comitatu, in tali loco, ad quem ſonus campane non protẽditur, quid iuris. iſtam queſtionem diſputauit do. Jac. But. ⁊ eã dixi in l. j. §. eo. autem tecto. ff. ad Syllan.

---

a De codicillis. a Rubr. XXXVI.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ De codicillis. An ⁊ quando rumpãtur rupto teſtamento, vide Alex. conſ. ciiij. Item quod tutius ſit aliquid relinquere per codicillos quam per teſtamentum, vide Cepo. cautela cj. ⁊ cixxx. Item quod ſit differentia inter codicillos expreſſe factos ⁊ clauſulam codicillarem que fit per illa verba ſi non valet iure teſtamenti, ⁊ vide Bar. conſ. ccxxiij.

LEX I.

2 Voluntas inualida coram quinque teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus teſtibus declaratur.

Rupto. Poſthumi agnatione rumpitur teſtamentũ, ⁊ codicilli teſtamẽto cõfirmati, ⁊ qui teſtamentũ ruptum corã quinqʒ teſtibus confirmat, facit iure codicillorũ valere. h. d. Op. de l. ſi quis cũ teſtamentum nullũ. ij. reſpon. ff. eo. ⁊ l. qui graui. ⁊ l. ab inteſtato. So. Qñqʒ quis facit codicillos, qui non dependent ex teſtamẽto, quod eſt qñ nullum factum eſt teſtamentum, tunc poſthumi natiuitate non rumpuntur, vt in contrario. Qñqʒ quis facit codicillos pertinentes ad teſtamentum, quod eſt qñcunqʒ teſtamentum eſt factum, ſiue precedat, ſiue ſequatur, tunc rupto teſtamẽto rũpuntur codicilli. Ita loquitur hec lex, ⁊ l. ſi quis cum teſtamentũ nullum. ff. eo. ¶ Op. ij. ⁊ videtur. quod rupto teſt. debeant legata, vt in auth. ex cauſa. ſ. de li. ⁊ poſt. ha. Sol. Dicit gl. hodie corrigitur iſta lex, quia quo ad legata remanet firmum teſtamentum, et
1 codicilli. Unde gl. tenet ergo † iſta gl. quod auth. ex cã. hʒ locũ in preteritione poſthumi, ⁊ in preteritione paterna. quod qualiter intelligatur, dixi in auth. ex cauſa. Itẽ opp. ⁊ videtur quod teſtamentum non poſſit confirmari corã quinqʒ teſtibus immo requiruntur ſeptẽ, vt l. hac conſultiſſima. §. j. ſ. de teſt. Sol. Dicit gl. hic debetur vt ex codicillis, non vt ex teſtamento. Contra iſtud dictũ glo. op. duobus modis. Ad confirmandum primũ teſtamentum requiruntur quinqʒ teſtes, & gl. idẽ tenet in l. qui ex liberis. §. teſtamento. ff. de bono. poſ. ſecundum tabu. Cõtrarium dicit alibi, quod ſufficiant duo, vt l. heredes palam. §. j. ver. quod vero qs. in
2 verbo. poſſe. de teſt. † Sol. qñqʒ quis vult confirmare voluntatem inualidam, tunc requiruntur quinque teſtes, vt hic. ⁊ not. in d. §. teſtamento. Quandoque quis vult voluntatem obſcurã validam tñ declarare, tunc ſufficiunt duo teſtes. Ita intelligatur in d. ver. quod vero quis, ⁊ ibi per Dyn. quod tene menti perpetuo. Scd̃o opp. ad hanc gl. dicit iſta gl. quod agitur ex voluntate cõfirmante, tanquam ex codicillis. Contra videtur in d. l. qui ex lib. §. teſtamento. videlicet quod agatur ex voluntate cõfirmata, vt eſt teſt. Sol. Qñque teſtamentum primum fuit ruptum propter defectũ ſuperuenientem in perſona teſtatoris, quo defectu ceſſante confirmatur primum, tunc agitur ex voluntate confirmata, de iure pretorio, vt l. contraria. Quandoque teſtamẽtum rumpitur propter alium caſum ſuperuenientem extrinſecum vt propter natiuitatem poſthumi, tunc ſi impedimentum durat, quia poſthumus viuit, non põt confirmari vt teſtamentum, ſed agetur ex hac voluntate confirmante, vt ex codicillis, vt hic. Sed ſi impedimentum ceſſaret, quia viuo teſtatore poſthumus decederet, cõfirmaretur ipſo iure, abſque confirmatione expreſſa, vt l. poſthu. in prin. ff. de iniuſt. teſt. Dixi tibi in l. ij. ſ. de poſthu. here. inſti.

LEX II.

* Hereditatem. a Hereditas nõ poteſt dari,
b neque adimi[b] in codicillis di-
a recto, ſed per fideicommiſſum ſic. h. d.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Hereditatẽ. Et vide Bar. in cõſ. ccxxiiij. incip. factũ eſt tale, ſub annis. ⁊ vide Lud. Rom. in cõſ. clxxviij. an poſſit reuocari hereditas in codicillis ⁊ de nullitate codicillorũ.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Hereditatem. Uide ad propoſitum Alex. conſil. lvij. vol. ij.
b ¶ Dari neque adimi. Adde quod Alex. querit an inſtitutio facta de re certa in teſtamento quo alius eſt vniuerſaliter inſtitutus poſſit i codicillis adimi. Reſpo. ſʒ Bal. in l. omnodo. in princ. iij. q. ſ. de inoffic. teſt. qđ ſic ſi extraneus erat inſtitutꝰ in re certa,

ſecus ſi filius ⁊ dicit notandum diligenter. Sed quid ſi fuit filius inſtitutus heres vniuerſalis, ⁊ filia excluſa a ſtatuto in re certa inſtituta, an poterit pater in codicillis inſtitutionem factam filie
f de re certa reuocare, ⁊ confirmare teſtamentum, quo ad reliqua, videtur dicendum quod ſic, ſcd'm Alex. quia filia excluſa a ſtatuto habetur pro extranea, quia preterita non rumpit teſtamentū, vt habetur in l. maximum vitium. §. de lib. prete. ⁊ extranea inſtituta in re certa, poteſt reuocari inſtitutio in codicillis, vt ipſe dicit, ⁊ tamen conſuluit Rom. cõſ. clxxix. in ca. ampliſſime do. quod inſtitutio rei certe, filie excluſe per ſtatutum nõ poſſit in codicillis adimi. Et hoc not. quia fere vbique doct. tenent, quod filia excluſa a ſtatuto habetur pro extranea.

LEX III.

1 Si in vno legatur fundus Titio, in alio ſempronio legatur, debetur ambobus.

Cum proponas. Per ſequentes codicillos non derogatur precedentibus, niſi quatenus inuicem ſunt contrarij. h. d. Nota quod dixi tibi in ſummario, per ſequentes codicillos, ⁊c. ¶ Opp. de l. querebatur. de teſt. mil. Sol. Aliud in teſtamentis, quia per ſecundum tollit primum indiſtincte, aliud in codicillis, vt hic. Ratio eſt propter heredis inſtitutionem, que eſt diſpoſitio
1 vniuerſalis. Queritur, quid ſi † reperiãtur duo codicilli, in quorum vno dicatur, fundum lego. in alio, fundum non lego, nec reperitur quis prior, vel poſterior. Dicit gl. quod propter incertitudinem non debetur, ar. l. ſi fuerit. de reb. dub. ⁊ bene dicit. Querit
2 gl. † quid ſi in primo codicillo fundus legatur Titio, in ſcd'o legatur Sempronio. Domini certe iſti codicilli non ſunt contrarij, ſed diuerſi, ideo non tollitur vnus codicillus per alium, ſed ambo admittuntur, ⁊ faciunt ſibi partes per concurſum, vt dicit gl. ⁊ bene, Tene menti.

LEX IIII.

Non idcirco. Mater poteſt facere codicillos abſente filio. hoc dicit. In multis ciuitatibus tamen ſunt ſtatuta in cõtrarium, ſcilicet quod mulieres non poſſunt teſtari, ſine preſentia comunctorum.

LEX V.

1 Qualiter quis probetur non ſane mentis, ⁊ quis hoc probare debeat, ⁊ qualiter ſint formãdi articuli, ad probandū furorem.

Nec codicillos. In negatiua qualitatis nature, vere ei, qui negat incūbit onus probãdi. h. d. iſta l. ¶ Opp. quod negatiua nõ poſſit pbari, vt l. actor. ⁊ §. de proba. ſed affirmanti incūbit probatio, vt l. ij. ff. de prob. Sol. Hoc ideo, quia iſta negatio habetur pro affirmatione, tantum enim eſt dicere, ipſum non eſſe ſane mẽtis, quantum eſt dicere, ipſum eſſe furioſum. Iſta eſt vna truffa, ideo non curo, vtrum in oratione ſit negatio, vel non, ſed ſolum vtrum oratio ſignificet priuationem, vel poſitionẽ, illa que ſignificat priuationem, eſt negatiua, illa que ſignificat poſitionem eſt affirmatiua, vt l. fin. ⁊ ibi not. ff. de doli excep. probatur in l. inter ſtipulantem. in prin. de ver. oblig. Dicendum eſt ergo, quod ideo negandi incumbit probatio, quia pro aduerſa parte eſt preſum-
a ptio nature, ſcilicet quod quis ſit ſane mentis, a Probatur autẽ
1 quod quis non ſit ſane mentis, ex ſermonibus, ⁊ actibus, ⁊ ſimilibus, vt l. quidam in ſuo. ff. de cõdi. inſtit. ⁊ de tu. ⁊ cu. da. ab his. l. his qui. §. fi. Et hoc anno feci articulos ad probandum aliquẽ eſſe furioſum, ⁊ feci, vt dixi vobis §. de bon. poſ. ſecundum tab. l. ij. ſcilicet quod teſtes dicerent, quod ipſe fecerit tantum ſemel iſtum actum teſtandi, ⁊ quod tunc non erat in recta, ⁊ ſana mente, ſʒ dicebat, ⁊c. quia poſtea faciliter probatur. ⁊ hoc ſic feci, quia teſtes vt plurimum de die non recordantur, ⁊ ſic non probarent: quia poſſet eſſe, quod aliud teſtamentum feciſſet.

ADDITIO.

a ¶ Sane mentis. Adde quomodo probetur quod quis non ſit ſane mentis, vltra loca vulgaria, vide Pet. de An. conſ. v. ⁊ Alex. conſ. clx. j. volu.

LEX VI.

Siue in initio. Codicilli poſſunt teſtamẽto confirmari, ante ⁊ poſt. hoc dicit.

LEX VII.

a **Si idem codicilli.** a Diuerſitas nominū, ⁊ contractuum inducit diuerſitatẽ effectus. h. d. ¶ Nota rationẽ, quare in codicillis non poteſt inſtitui heres, ⁊ in teſtamento ſic. Aliam meliorem reddit Iuriſconſultus in l. quod per manus. ff. eod. ¶ Opp. diuerſitas nominum non inducit diuerſitatem effectus, vt vidiſtis, vt §. de teſt. l. teſtamentum. Gl. dicit, diuerſitas nominum, ⁊ diuerſitas contractuum, bene habet inducere diuerſitatem in effectu, ſecus in diuerſitate nominum tantum.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si idem codicilli. Circa hoc an codicilli in effectu ſint idem quod teſtamentum vide pulchram queſt. tactam per Ang. conſ. ccc. alias. ccciij. incip. Ludou.

LEX VIII.

1 Poſſeſſorium quomodo preiudicet petitorio.
2 Si in teſtamento eſt clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, quid iuris.
5 Legatum ex codicillis petitur actione vtili ex teſtamento.
7 Femina poteſt eſſe teſtis in codicillis.

8 **Si quis agere.** a Iſta eſt bona lex ſingularis. Nõ poteſt quis ex eadem ſcriptura petere hereditatem vt ex teſtamento, ⁊ ex codicillis, ⁊ iſte vie electione tollūtur, niſi ſit de cõiunctis perſonis, ⁊ teſtamentum imperfectum non habet vim codicillorum, niſi ſit dictum, ⁊ in omni vltima voluntate excepto teſtamento ſufficiũt quinqʒ teſtes. hoc dicit. Diuiditur Primo ponit dictū. Secundo, illud declarat. Tertio, ponit aliud dictum. Quarto ponit exceptionem a primo dicto. Quinto ponit vnum dictum generale ad omnes vltimas voluntates. Secunda ibi. tantum enī. Tertia b illud quoque. Quarta ibi, ſi quis vero. Quinta ibi, in omni autē. ¶ Modo venio ad apparatum in prin. habes quod
b qui eligit petere hereditatem b directo, non põt aſpirare ad petitionẽ fideicõmiſſi. contra, quando eſt diuerſa cauſa agendi, vna actio non tollitur per aliam, vt l. ⁊ an eadem, in prin. ⁊ §. actiones. ff. de excep. rei iudi. Sol. Non obſtat exceptio rei iudi. hic, ſʒ exceptio contrarietatis. vide gl. ſuper verbo, cupiens. Ad iſtud opp. fortiter extra gl. de l. Aurelius. §. ſi. de liber. lega. vbi etiam nõ obſtat, ſi aliquis ſit ſibi contrarius in iudicijs diuerſis. Sol. ⁊ iſtud teneas pro fundamento omnium dicendorū intra. hoc ideo, quia hic nititur contrarijs modis ex eadẽ ſcriptura, vel ex eodẽ fonte, ibi erat ſibi cõtrarius in diuerſis iudicijs habentibus originem ex diuerſis fontibus. ¶ Opp. §. de inoffi. teſta. l. eum qui. gl. reſpondet, ibi quolibet modo impugnabat teſtamentum, hic vtroque modo dicebat valere. ¶ Que eſt ratio huius? Ratio eſt, quia ibi cauſe propter quas teſtm̄ impugnatur, veniunt ex teſtamẽto. ⁊ habent originem ex diuerſis principijs. hic vero ex eodem facto ... tamen contrarijs modis. ¶ Alterius opponitur, dicitur ... ſecunda particula, qd' cogitur eligere vnam. Contra. ff. quod ... l. j. §. qr autem. Sol. plures ponuntur hic in glo. ⁊ plures ... nunt in l. ꝙ in heredem. §. eligere. de tributo. Illa eſt vera ... quis erat incertus facto aduerſarij, hic ſecus. ¶ Opp. ... red. l. hereditas. Solue eodem modo quo dixi §. ibi petit ... mento, poſtea petit ab inteſtato. ⁊ ſic non nititur contrarijs modis eodẽ actu, ſeu eadẽ ſcriptura. hic petit primo directo ... ea per obliquū ex eadem ſcriptura, ſed ſi peteret ex diuerſa ſcriptura, tunc põt optime, arg. legis contrarie. Sed contra predicta ſolu. facit ff. de excep. rei iudic. l. ſi mater. in prin. ⁊ ... Solu. Ibi loquitur quando petijt hereditatem ſimpliciter, nõ exprimendo ex teſtamento, vel ab inteſtato, vnde totū ius ſuum videtur in iudicium deduxiſſe, qd' §. diximus, loquitur quando expreſſit cauſam quare petebat. ¶ Oppo. de peti. here. l. legitimam. Solue eodem modo hic ideo, qr nititur contrarijs modis ex eadem ſcriptura. ¶ Alterius oppo. dicitur hic, qd' qui petijt poſſeſſionem, preiudicat ſibi, ſi poſtea vult petere iure fideicommiſſi, contra poſſeſſorium non preiudicat petitorio, vt l. ⁊ an eadem. ff.
1 de excep. rei iudi. hic dicitur contrarium. Sol. Poſſeſſorium non preiudicat petitorio, ratione exceptionis rei iudicate, ſed electionis ſic. Nam cū iſtud poſſeſſoriū ſit preambulum petitionis, que ſit iure directo, nam fideicommiſſarius non põt iure ſuo petere bonorū poſſeſſionem, vt l. fi. ſupra de edi. diui Adria. tollen. preiudicat iuri electionis, ita loquitur hic. quod nota, qr propterea do preparatorium alicuius, videor illud eligere, cuius eſt preparatorium, ſeu preambulum. De hoc tamen vidiſtis ... de repudi. her. l. ſuus heres, plenius in l. cū quidam. ff. de bon. poſſ.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

poſſeſſ.¶ Venio ad quartam particulam,ille,cui relinquitur de-
bitum.non pōt onere fideicōmiſſi grauari,vt l.iij.§.ſi rem.ff.de le-
ga.iij.Si ergo iſta hereditas eſt debita perſonis hic enumeratis,
ergo no poſſunt onere fideicōmiſſi grauari.Hoc antē eſt falſuz,
quia poſſunt grauari in eo.quod eſt vltra debitum bonorū ſubſi-
dium,vt ſupra de inoffic.teſt.l.qm̄ in prioribus.Solut.hic intelli-
ge debitum improprie.Simile habuiſtis no.in l.iij.§.de iur.ꝛ fac.
igno.¶ Venio ad queſtio.Iſta lex loquitur quando teſtator di-
xit valere iure teſtamenti,ꝛ codicillorum.¶ Queritur† quid ſi di-
3 xit,ſi nō valet iure teſtamēti valeat iure codicillorū.an erit tūc lo-
cus huic legi?Videtur quod non,q2 iſto caſu nō pōt valere, niſi
vno iure tm̄,ergo non hȝ locū electio,de qua loquit̃ lex,q2 electio
cadit inter plura,vt l.cum illud.ff.qn̄ di.leg.ced.Gl.tua determi-
nat contrarium,quod ſit locus iſti legi,ꝛ hoc tenet gl.huius l.in
gl.ſuper ver.preclusiſſe.in fi.ꝛ vide glo.Pro declaratione iſtius l.
debetis ſcire differētiam,que eſt inter iſtas duas clauſulas.† pri-
3 mo qn̄ copulatiue ponit̃,quod valet iure teſtamēti,ꝛ iure codicil-
lorum.illa videtur continere repugnantiam:quia eſt impoſſibile:
quod valeat iure directo.ꝛ iure fideicom.vt hic vidiſtis, ꝛ ita oro
copulatiua reſoluitur in diſiunctiuā,vt l.ſi Titio fundus.de vſu-
fru.leg.valet ergo iure teſtamenti,vel iure codicillorū,ꝛ eſt electio
heredis iſtituti quā viā eliget,vt l.recuſare.§.Titiꝰ.ff.ad Treb.
vnde ſi eligit vnā,nullo mō ad aliā poteſt redire,ita loquitur hic.
4 Scda vero† clauſula que dicit,ſi non valet iure teſtamēti, valeat
iure codicillorum.facit vno iure tātum valere, nec eſt in electione
heredis inſtituti.ſed in poteſtate iuris. quia ſi poteſt valere iure
teſtamēti.non valet iure codicillorum.Iſto caſu ſi quis elegit viā
competētem,non eſt dubium quod non poteſt tranſire ad viam
incompetētem.ſed ſi eligit viam incompetētem, ſeu ius incompe-
tēs.poſſet redire ad ius ſibi competēs non ipſo iure.per hāc l.cū
c iſtis gl.ſed per viam reſti.in integ.c ex cauſa iuſti erroris,arg.ad
hoc ff.de inoffi.teſta.l.mater.ꝛ l.eum qui.§.eo.tit. Ita debetis in-
5 telligere hic. † Quero,qn̄ qs petit legatū ex codicillis, qua actiōe
petat?Rn̄deo quod petit vtili actione ex teſtamento.Vltimo ve-
6 nio ad fi.huius l.Ex iſto fi.† not.qui dicūtur teſtes rogati,[d] ꝛ qui
b non,illi qui ad hoc adhibiti ſunt, dicūtur rogati quod apparet,
quia illi dicuntur non rogati qui ſunt fortuiti,ꝛ tranſeuntes.
7 ¶ Quero,† circa iſtam partē,an femina poſſit eſſe teſtis in co-
c dicillis[e].gl.hic no.determinat quod ſic,q2 non reperit̃ iure prohi-
bitū.Vide gl.quā no.ꝛ tene mēti.Vltimo,de iſta clauſula, ꝛ ſi non
valet iure teſtamenti, ꝛc.tangitur in auth.ex cauſa.§.de liberi.ꝛ
poſthu.ꝛ feci vnam tm̄ lectionem de hac clauſula in l.j.ff.eo,ꝛc.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Siquis agere.Circa materiam huius l.et an
mulier excuſetur vide omnino Rom.conſ.cxxv.
b P. PAV. P. ¶ Petere hereditatem.Circa principium huius
l.an habeat locum in legato cum loquitur de hereditate vide
Com.conſi.xciiij. ꝛ ibi etiam an procedat in iure queſito, ſiue in-
quirendo dum ponitur quedā limitatio ad iſtam l.vt per Alexā.
hic quod non procedat in iure queſito ſiue inquirendo.itē dū po
nitur quedā limitatio hic ad iſtam l.vt per Alex. hic quod non
procedat qn̄ volēs agnoſcere, eſt īcertꝰ,an ex teſtamēto,an ab īteſta
to experiat̃,vide Iaſ.in l.ꝯtrouerſie.ff.de trāſac,q2 reprobatꝰ eam.
c ¶ Reſtitutionis in integ.Adde quod Bal.Iac.But. ꝛ Ange.
hic volunt,quod ſi fuit error probabilis facti,non requirebatur
reſtitutio,vt d.l.mater.Si aūt fuit error iuris, tunc dicit Ange.
quod habet locum lex iſta contra Bar.etiam tenet Fulg.et etiā
Alex.contra Bar.facere tex.hic,in ver.nup.vbi videtur voluiſſe
quod fiat preiudicium ſcientib.tolerantib.in iure,quia facit diffe
rentiam inter illos,qui tractant de lucro, ꝛ illos qui de damno,
inter quos bene eſt differentia ita quo ad errorem iuris.l.j.ꝛ l.er-
ror facti.ꝛ l.iuris.ff.de iur.ꝛ fa.igno. Et cū iſta lex ſpecialiter non
loquatur de errante in facto, videtur ſecundum ipſum dicēdum
hāc l.eſſe intelligendā ſecundum reg.poſitā in d l.error.Paul.de
Caſt.tamen hic.ꝛ in l.clodius.de acquir.her.tranſit cum Bart.
d POMA. ¶ Teſtes rogati. Ex quo infertur vnum quod ſi te-
ſtator dixerit in preſentia horū quinqꝫ teſtium non rogatorum,
volo relinquere. Titio decem.quod tale verbum non induceret
diſpoſitionem ,ex quo enimꝰ non ſunt rogati teſtes non cenſetur
deliberate feciſſe codicillos .quod requirit ad hoc,vt verbum in-
ducat diſpoſitionē:ſecus eſſet in teſtamēto.in quo teſtes rogant̃.
e ¶ In codicillis, Adde quod idem tenuit Bal.conſ.cclxxxiij.iiij.
volum.

De legatis. Rubrica. XXXVII.

¶ Continua vt in gl.quia in teſtamento,ꝛ codicillis,legata relin-
quuntur,ideo de his dicit.

LEX I.

Quamuis verba. Breuiter di-
cit,Conditio
miſta deficiens per caſum,non facit relictum ali-
mentorum deficere.h.d.Oppon.ꝛ videtur quod
legata nō debeantur,vt l.Seio.in pn̄c.de an.leg.
Sol.Dicit gl.diſtingue,cuiꝰ cōtēplatiōe iſta le-
gata ſunt relicta Aut contēplatione legatariorum,ꝛ hȝ locū iſta
lex ſine dubio.Aut contemplatione heredum, ꝛ tūc habet locum
lex contraria.Aut dubitatur,ꝛ habet locum etiam hec lex, quia
in dubio legatariorum contemplatione videntur relicta. Ita di-
cit gl.optime hucuſqꝫ.Contra hoc op.qn̄ conditio miſta deficit p
caſum,legatū nō debet̃,vt l.legatū.§.de cōdi.iſer.Gl.ſoluit duob.
mod.aſſumo ſecundam ſolu.ibi loquitur in cōditione,hic in mō.
1 Vide gl.No.ex iſta gl.quod dictio † quoad,ꝛ dictio quamdiu,ꝛ
donec,ꝛ dum,ꝛ ſimiles,non faciunt conditionem ſecundum iſtam
ſol.Iſtud non eſt verum, quia iſte dictiones faciunt conditionē,
caſus eſt in l.pater Seuerinam.§.fideicommiſſa.de cōdi.ꝛ demō.
no.in l.iij.in gl.magn.de ſer.Et ſic iſta ſol.non eſt vera. Pro hoc
facit tex.in l.pe.ff.de excu.tut.Dixi plene in l.j.ff.de cōdi.ꝛ demō.
Gl.ergo ſoluit alio mō,quod hic ſit ſpeciale fauore alimētorum.
Dyn.extra de re.iur.c.imputari.non tenet gl.immo idem dicit eſ-
ſe in quolibet alio legato.Et ideo diſtinguit ipſe.Aut cōditio mi-
ſta apponitur fauore legatariorum,aut fauore heredum,aut du-
bitatur.ꝛ hoc dicit in omni legato.Petr.vero hic diſtinguit ali-
ter,aut eſt conditio ſucceſſiua,aut momentanea.Si ſucceſſiua, lo-
quitur hec lex.ſi momentanea,loquitur l.legatum.Quicquid di-
2 cat Petr.ꝛ Dyn.gl.dicit verum,† nam dictum Dyn.non proce-
dit.Nunquam enim eſt reperire, quod iſta conditio fauore lega-
a tariorum apponatur,ſed ſemper fauore[a] heredis,q2 facilius *eſt
* heredem preſtare alimenta in domo ſua, quam preſtare extra do-
mum,vt l.iiij.in fi.de ali.ꝛ cib.leg.l.ij.in fi.cum l.ſeq.ff.de in diē ad-
dic.Hoc etiam apparet,quia teſtator grauat heredē per iſta ver-
ba,ad reſtituendos.ſeu recipiēdos legatarios,in domo ſua, quia
hoc ponit in conditione,vt l.ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis o-
miſ.cauſa teſt.Vnde parcat mihi Dyn,illa diſt.Aut conditio, ap
ponitur fauore legatariorum,aut heredū , non eſt vera,ſed illa di-
ſtinctio,quam gl.facit, aut legatum eſt fauore legatariorum . aut
heredum,iſta eſt vera,vt vidiſtis in precedenti contrario. Pre-
terea quod Dyn.nec Pet.dicant verum. hoc probo per caſum l.
qui concubinam.§.vxori.de le.iij.vbi ſi iſtud legatum per hec ver-
ba,non eſſet factum in cauſa alimen.non deberetur.Vera eſt ergo
ſol.gl.quod ſpeciale eſt fauore alimentorum. Dixi in l.illis liber-
tis,ff,de condit.ꝛ demonſt.Dic vt ibi.

ADDITIONES.

a ¶ Fauore heredis.Poſt Alex.vide Bal.conſ.ccccxxxiiij. in fi.ij.
lib.And.conſ.cl.Abba.conſ.lxxviij.ij.lib.Petr.de Ancha.conſi.
clxxxv.ꝛ ccxxxviij.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Quia facilius.Vide in materia A
lex.conſ.c.vol.j.quod eſt repetitum conſ.xciij.vol.iiij.

LEX. II.

Quamuis heres. Venditio hereditatis he-
redem non liberat, licet
contra emptorem regreſſum habeat.h.d.iſta lex.

LEX III.

* Qui poſt. * Per conſtitutionem pignoris rei
legate non extinguitur legatū. h. d.
Op.de l.fideicōmiſſaria.§.ſi rem.ff.de leg.iij.Sol.Di-
a ſtinctio illius l.procedit in alienatione[a] hic loquitur
in pignore.Contra hoc opp.de do.inter vi.ꝛ vxo.l.cū hic ſtatus.
§.ſi maritus.ꝛ §.de don.inter virū ꝛ vxo.l.ſi maritus.Sol Aliud
in donatione facta inter coniuges, que cum ſit contra ius com-
mune,facilius irritatur.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS.¶ Qui poſt.Vide limitationes ad hāc
l.per Alex.in i,l.§.per ſeruum corporaliter.ff.de acq.poſſeſſ.
a ¶ In alienatione.Vide ſecundum Dyn.in l.Stichū qui meus
erit.in princip.de leg.j.quod ſicut inducitur reuocatio legati per
alienationem a teſtatore ſpōte facta.ita inducitur reuocatio do-
nationis cauſa mortis que legatis comparatur.l.Marcellus.§.
j.ff.de dona.cauſa mor.quod dictum Bald.in d.l.ſtichum.dicit
mirum,ꝛ illud ſequitur Rom.cōſ.cxxix.qui pro hoc dicit caſum
in l.marcellus.§.Paul.de dona.cauſa mortis.

LEX IIII.

Seruis. Quando legatum eſt nullum miſta conſide
ratione legentis.ꝛ legatarij.regula cato.im
pedit confirmari illud impedimento ceſſante hoc dicit.Oppo.de
l.quidam.§.j.de neceſſ.ſeru.hered.inſtitut. Sol.vt ibi. Item op-
po.quod per hoc videatur ſeruo relicta libertas.vt l.ex his.§.de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN